Eclipſis Lunaris
Anno 1676, die 1. *Januarii* mane obſervata
G E D A N I
à Johanne Hevelio.

HAnc Eclipſin Lunæ cælo admodum ſereno obſervare obtigit, ſic ut ipſum initium, *tum etiam* 12 *phaſes creſcentes, ad maximam uſque obſcurationem ex voto deprehendere & deſcribere licuerit; poſt maximum autem defectum nubes ſupervenêre, adeò ut non niſi duas phaſes decreſcentes,* 14 *&* 15, *annotare, & quidem vix ſatis accuratè, potuerimus; exindeque* finem *etiam minimè conſpeximus. Optandum quidem fuiſſet, cœlum continuò extitiſſe ſerenum, quò ſtellulam illam fixam, horâ* 4. 11'. 45". *à limbo Lunæ inferiori & orientali diſtantem, exactè obſervare licuiſſet; ſed nubes pariter illam poſtea nobis eripuerunt. Quantum conjicere datur, ſi non à parte Auſtraliori Lunæ omninò tecta eſt, haud procul tamen a limbo Lunæ inferiori inceſſit: Sed de hocce phænomeno alii, quibus cœlum magis fuit propitium, aliquid certius indicabunt. Notatu dignum in hâc Eclipſi præprimis extitit, quòd penumbra ab hora ſtatim* 2. 36'. 40". *inceperit. Nam eâ parte ad M.* Baronium, *&* Sinum Apollinis *eo tempore jam paulò obſcurior Lunæ limbus videbatur; quæ penumbra deinde ſucceſſive denſior evaſit, ita ut hor.* 3. 8'. *jam ſatis notabilis extiterit. Ipſum verò* initium *Eclipſeos primùm horâ* 3. 30'. *hîc* Gedani *contigit; cùm tamen juxta calculum* Rudolphinum *fere* 16' *citiùs incidere debuiſſet. Pariter quantitas Eclipſis ad* integrum digitum *minor extitit, quàm calculus eam promiſerat. Quippe non niſi* $3\frac{1}{2}$ *dig. obſcurata, ut ut calculus eam* 4 *dig.* 25'. *oſtenderit. Quæ diſcrepantia ut ſatis evidens eſt, ſic Tabulas multâ adhuc correctione indigere oſtendit. De cætero, in hâc Eclipſi quoque probè notandum eſt, quòd omnes Sectiones nunquam* Montem Porphyritem *omninò texerint, ſed ille per totam durationem, etiam in ipsâ maximâ obſcuratione, in ipſo umbræ limbo conſpicuus perſtiterit: Deinde, quòd durante Eclipſi horâ* 3 46' *ingens halo Lunam cinxerit.*

Obſervatio

Obſervatio Eclipſ. Lunaris
Anno 1676, die 1. *Januarii* mane habita
G E D A N I.

Tempore ex Altitud. Correcto.			*Altitudines Fixarum.*		*Nomina Fixarum.*	*Ordo Phaſium.*	*Per quas maculas tranſiverint Umbræ Sectiones.*
Hor.	′	″	°	′	″		(onis.		
2	28	38	26.	12.	0	*Dextr. humeri Ori-*	
2	33	20	25.	35.	0	*Dextr. humer. Ori.*	
2	36	40				*Initium Penumbr.*	*Ad Montem Baronium.*
3	8	10					*Penumbra denſior.*
3	16	35					*Denſa penumbra.*
3	24	20					*Denſiſſima penumbra.*
3	30	0				*Initium Eclipſeos.*	1 *Ad Sinum Apollinis.*
3	36	25					2 *Per M. Alabaſt. & Sin. Hy-*
3	42	5					3 *Ad Sinum Apoll. (perbor.*
3	45	25					4 *(Majorem.*
3	46	30					5 *Per M. Baron & L. Nigr.*
3	52	10					6 *Per Inſ. Ophiuſam. (Min.*
3	59	15					7 *Ad M. Porphyr. & L. nigr.*
4	7	45				*Stellula diſtab. in*	8 *Per M. Porph. & M. Serr.*
4	11	45				*limb. 36′ vel 40′.*	9 *--Porph. Pr. ☽æ, & M. Carp.*
4	12	10					*(Macroceran.*
4	18	5					10 *Per Inſ. Corſ. M. Arg. & M.*
4	26	0					11 *Per M. Porphyrit. & Lac.*
4	34	0					12 *(Traſimenum.*
4	43	20					13
4	56	20					14 *Ad Sinum Apollinis, & M.*
5	3	0					15 *Chriſti, & Inſ. Macr.*
5	25	0					
5	30	0					
5	55	28	32.	33.	0	*Lucidæ Lyræ.*	
5	57	33	32.	50.	0	*Lucidæ Lyræ.*	
5	59	0					*Penumbra.*
6	8	0					*Penumbra ponè evanuit, quoad conjicere potuimus ob nubes.*

An